

Flodoard²⁴

965: ... Otto imperator ab urbe Roma regrediens, Coloniam venit, ... Qui Romae, Octaviano papa, a quo fuerat susceptus et ad imperii regenda gubernacula benedictus, ab Urbe digresso, et saepe illum revocante imperatore, a quo, quia de inreligiositate sua corripiebatur reverti nolente, congregata synodo, Iohannem illustrem quendam eiusdem aecclesiae clericum per electionem Romanorum papam ordinari fecit. Sed eo Papiam regrediente, Octavianus a Romanis recipitur; nec multo post vita decessit. Iohanne vero cum imperatore demorante Papias, Romani quendam Benedictum ipsius aecclesiae scriniarium eligunt atque pontificem sibi ordinari faciunt, qui in Iohannis electione consenserat et eidem subditus extiterat. Imperator Otto Romam reversus, convocata magna synodo, et Iohanne in sede sua restituto, Benedictum, episcoporum totius synodi iudicio depositum, abduxit secum et in Saxoniam direxit.

Continuator Reginonis²⁵

963: ... Imperator vero plurimorum episcoporum collecta multitudine sinodum coadunavit et consilio eorum missa legatione canonica auctoritate aufugam apostolicam ad sedem pontificalem et apostolicam revocavit. Illo tamen hoc omnimodis renuente plebs Romana Leonem protoscrinarium ... in locum eius elegit et ordinavit.

964: Tunc Romani non modice metuentes imperatoris adventum Benedictum quendam Romanae ecclesie diaconum ... eligunt et ordinatum sedi apostolicae imponunt.

Quo audito imperator ... Romam adiit et firma eam ex omni parte obsidione ... munivit. ... Ad ultimum Romani fame et obsidione constricti ... portas urbis aperiunt et imperatore cum honorificentia debita intro misso Benedictum sacrilegum et periurum imperatoriae dicioni reddunt et domnum Leonem in sedem apostolicam restitunt. ... Tunc Leo apostolicus coadunata multorum episcoporum sinodo eundem Benedictum Romanae sedis invasorem iudicio omnium ab invaso gradu deposuit ...

Der Textvergleich lässt keinen Zweifel daran, dass wir es ab den Worten *Qui Romae* in den Annalen Flodoards mit einer anderen Version der uns aus der Continuatio bekannten Erzählung über den zweiten Italienzug Ottos I. zu tun haben, und zwar mit einer Version, die kürzer ist und verschiedene Fehler enthält, darunter als augenfälligsten den, dass der von Otto gestürzte Papst

24) Flodoard, Annales (wie Anm. 22) S. 157 f.

25) Continuatio Reginonis (wie Anm. 1) S. 172–174.